

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Liberalitas ag
cum fontibus proximo et primis

Officium liberalitatis est omni petenti dare, deos imitari.

Si deos imitaris, da eciam ingratis.
Nam et sceleratis sol oritur et piratis patent maria.

Dii rerum omnium optimi actores
ignorantibus beneficia dare incipiunt, ingratis perseuerant.

Non cessant dii beneficia congerere,

unam sortiti intencionem, scilicet prodesse.

Imitemur illos; demus eciam si multa in irritum data sunt.
Ingratus est; non fecit michi iniuriam sed sibi.

Nam gratum semper beneficium delectat, ingratum semel.
Seneca ibidem (libro I. de beneficiis).

Officium itaque liberalitatis est omni petenti dare, deos imitari.

Si deos imitaris, da etiam ingratis;
nam et sceleratis sol oritur et piratis patent maria.

Dii, rerum omnium optimi actores,
ignorantibus beneficia dare incipiunt, ingratis perseuerant.

Non cessant dii beneficia congerere,

unam sortiti intencionem, scilicet prodesse.

Imitemur illos; demus etiam si multa in irritum data sunt.
Ingratus est: non mihi fecit iniuriam sed sibi.

Nam gratum semper beneficium delectat, ingratum semel.
Pseudo-Guillemus de Conchis, *Moralium dogma philosophorum*, I.B.2.aI (J. Holmberg ed., p.16, ll.7-14).

Officium itaque liberalitatis est omni petenti dare, deos imitari.

Pseudo-Guillemus de Conchis, *Moralium dogma philosophorum*, I.B.2.aI (J. Holmberg ed., p.16, l.7).

“Si deos” inquit “imitaris, da et ingratis beneficia;
nam et sceleratis sol oritur, et piratis patent maria.”

Lucius Annaeus Seneca, *De beneficiis*, 4.26.1 (F. Préchac ed., vol.1, p.124).

...quod dii, omnium rerum optimi auctores,
qui beneficia ignorantibus dare incipiunt, ingratis perseuerant.

...Nihilo minus tamen more optimorum parentium,
qui maledictis suorum infantium adrident,
non cessant dii beneficia congerere
de beneficiorum auctore dubitantibus,
sed aequali tenore bona sua per gentes populoque distribuunt,
unam potentiam, prodesse, sortiti...

Lucius Annaeus Seneca, *De beneficiis*, 7.31.2-5 (F. Préchac ed., vol.2, p.107).

Imitemur illos; demus, etiam si multa in inritum data sunt....
Ingratus est: non mihi fecit iniuriam, sed sibi....

Lucius Annaeus Seneca, *De beneficiis*, 7.32 (F. Préchac ed., vol.2, p.108).

Gratum hominem semper beneficium delectat, ingratum semel.

Lucius Annaeus Seneca, *De beneficiis*, 3.17.3 (F. Préchac ed., vol.1, p.75).